

B

335




17

4

U. g. 17, 5





Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a list or index of some kind, possibly containing names and titles. The paper is aged and yellowed, with some staining and wear along the edges.



2

DISPUTATIO JURIDICA
DE
INCENDIIS

Quam

*Opitulante Sacrosancta Triade
Permissu & Auctoritate Superiorum;*

SUBPRÆSIDIO

VIRI

NOBILISSIMI ET CONSULTISSIMI

DN. JOHANN. GOTHOFREDI Freyers/ J. U. D. nec non

inclytæ Reipublicæ Erfurtensis Syndici
dignissimi, Patroni ac Præceptoris mei
ætatem devenerandi.

Publicè disquirendam exhibet

GEORGIUS HENNINGUS Silberschlag/
Erfurt.

In Collegio Juridico

*ad d. 5. Septemb. Anno 1659.
horis consuetis*

ERFURTI,

Typis Christophori Küchenii.

2

VIRIS

Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis & Prudentissimis

DN. M. MICHAELI Silberschlag/

Inclutæ Reipubl. Erfurtensis Consuli primario,

Parenti suo sempiternum honorando,

amando

DN. ELIÆ BALTHASAR: à Bretin/

ejusd. Reip. Quatuorviro primario.

DN. HENNINGO Kniphoff /

itidem Consuli, & Susceptori suo omni officio

& observantia colendo

Coeterisq; DDN. Proconsulibus, Quatuorviris, Quæstoribus ac Se-

natoribus Reip: Erfurtensis spectatissimis

p. t. regnantibus

Dominis, Mœccenatibus, Promotoribus & Fautoribus suis

summè observandis

Hanc

Literariam Operam

In

Perpetuæ gratitudinis pignus

Debitæ observantiæ symbolum

Et Studiorum testimonium

Prono & submisso prorsus animo

Offert

RESPONDENS.



In Nomine Sacro sanctæ & Individuæ Trinitatis.

IN cendiorum materiam, quam *Barrol. Capol.* vocat
amplam & profundam, *de Servitut. rustic. pradior*
cap. 44. num. II. Vincentius Carocius, nodosam *d. locat*
et conduct. part. 4. cap. d. incend. ruin. p. m. 1052. Mat-
thias Berlich. unam ex difficilioribus, *concl. practicab.*
part. 4. concl. 24. num 1. attamen in hac postrema mun-
di parte ob universi terrarum orbis deflagrationem pro-
pe imminentem, usu frequentem & quotidianam, *Andr.*
Rauchbar part. 2. qu. 10. num. 1. Virgil. Pingizer. quest. 24.
n. 1. adeoque scitu necessariam, Deo favente tractaturi,
methodô perspicua exhiberi posse existimamus, si ratio-
ne triplicis modi quô incendia vel dolo vel casu for-
tuito, vel culpa oriri solent, eam consideremus; cui
nonnulla de incendiis præcavendis & extinguendis,
adjiciemus.

Thes, 1,

Incendium est damnnum igne datum.



ST A incendium cum Herman. Vultej. de-
finire placuit, neglectô & rejectô illô
considerandi modô, quô physici rei pro-
prietatem indagantes utuntur, dum in-
cendium ipsis omne illud est, quô ignis
aliquid consumit. In nostra autem sub-

A

jecta

jecta materia incendium eō modo consideratur, quo rebus in nostro patrimonio existentibus damnum igne inferitur.

II.

Triplici autem modo incendia oriri solent, vel dolo vel casu fortuito, vel culpa. Hinc incendium aliud dolosum, aliud casuale, aliud culposum.

Bald. & Salycet. in l. data opera II. C. qui accusari non poss. Job. Herman. Stamm de Servit. personal. lib. 2. cap. 17. num. 1. Et hæc distinctio mihi magis arridet illis, quibus incendium distinguitur in incendium commissum in civitate & extra civitatem, in incendium magnum & paruum, à loco enim & accidenti sunt desumptæ, nostra autem totam materiam complectitur.

III.

Dolosum incendium est, quod consilio, data operâ, & malitiosè (a) immittitur. Ejus poena est ignis supplicium (b)

(a) Meritò dolosum præmittimus, quod ob atrocitatem cætera superat, quæ culpâ excitantur. Et hîc quidem procul abest malitia & nocendicupiditas, multò magis lucrum quoddam, quod delinquentes plerumque invitare solet. Dolosum autem ab iis immittitur, qui Christianæ caritatis parum memores, solo odiò, invidia, & nocendi libidine agitati domos aut alia proximi
bona

bona, (in quibus sæpe secundus hominis sanguis consistit) igne absumunt. Fures, latrones (verba sunt *Jodoc. Dambouder. in prax. crimin. cap. 103. num. 1.*) prædones, ex scelere aliquid commodi aut consequuntur, aut saltem venantur. Incendiariis verò ex facinore nihil accrescit. In aliis multis sceleribus expletur ut cunque sceleratorum voluptas, sed in incendio incendiarius nihil utilitatis nihil voluptatis consequitur. Duplicis autem generis sunt incendiarii, aliiconductitii, vulgò, dicuntur **Mordbrenner**; alii qui dolo & ex proposito consultò, data operâ & malitiosè scientes prudentesquè ignem immittunt, sive inimicitia, sive prædæ causa hoc faciant. *Bernhard. Zieritz ad Constit. crimin. Carol. V. art. 125.* De prioribus confer *Dn. Frider Hortleder* piæ memoriæ, *von Ursachen des Teutschen Krieges lib. 4. cap. 26.* ubi supplicationem Principum & Statuum quorundam Imperii Cæsaris Majestati *der Mordbrenner halber* exhibitam videbis *ut § cap. 13. ejusdem lib. 4.* ubi signa immitti & immittendi ignis reperies. Ejusmodi dolosum incendium *Erphordia* nostra Anno 1472. experta est, quo scelerati cujusdam facto ignis diversis in locis ortus tantam concepit flammam, ut paucarum intra horarum spatium circiter quinque millia ædium perierint.

Si quis igitur de incendio suspectus aut accusatus fuerit, videndum est, an indicia se exerant, inter quæ haut postremum illud est, si quis clandestinè & occultè præparaverit igneas faces, vel tela ignea vel alia fomenta ignem causantia, quæ com-

A 2

modè

modè immitti possunt in ædes, vel alia ædificia, & paulò post incendium exortum sit unde sub tormentis delatus interrogari potest, *art. 41. Ordin. Crimin.* Nam cum hoc delictū occultè committi soleat, ex præparatoriis non immeritò probatio præsumptiva inducitur. *Marc. Anton. Blancus in tract. d. indic. num. 68. & seqq. quem sequitur Thom. Metzger. de Tortur. reor. concl. 150.* ubi iudicem instruit, quò modò facinosū examinare debeat, nimirum 1. ex qua causa 2. quò tempore. 3. quorum auxilio 4. quibus instrumentis incendium fecerit 5. à quo vel quibus hujusmodi instrumenta acceperit.

Alia verò indicia ad torturam non sunt sufficientia, utputa inimicitia *Roman. in l. 1. §. hoc rescriptum ad Sct. Silanian.* Nisi sit capitalis, & concurrat fama *Joan. de Anic. cons. 51. Anton. Tess. decis. 24. num. 7.* Pariter indicium ad torturam non faciunt minæ, præterquam illius qui solitus est minas exequi, nec integræ est famæ, *Carer. in pr. practic. crimin. num. 126.* Unde quamvis nonnulli ita sint rigidi, ut illum, qui alicujus ædibus incendium immittere minatur: *Jch will dir einen rothen Hahn auff das Haub setzen/* pæna capitali afficiendum esse censeant, *Jodoc. Dambouder. in prax crimin. cap. 103. num. 10.* Illorum tamen opinionem meritò rejicit *Matth. Berlich. concl. 22. num. 20 & 21. part. 4.* ubi responsum Lipsensium subjicit. Quod si verò indicia jam enumerata ut & alia concurrant, reus torturæ subici potest, & sic Senatium Pedemontanum judicasse, testatur *Anton. Tessaur. d. Decis. 24. num. 11. §. Verum istis hinc inde deductis.* Vide que hac de re interminis habet *Aym. Cravert. cons. 35. part. 1.* (b)

(b) Jure Civili incendiarii variis coercentur
pœnis. Ubi imprimis distinguendum, utrum incen-
dium incivitate, an verò extra illam in villa fuerit
commissum. Priori casu, incendiarius si est humi-
lis vitæ & conditionis, & si in incendium est magnum,
igne concrematur, aut bestiis objicitur *l. qui ades 9.*
& *l. fin §. 1. d. incend. ruin. naufrag.* Si verò non est
magnum, capite plectitur *l. capitalium 28. §. incend. d.*
ruin. d. pœn. Quod si incendiarius in dignitate sit con-
stitutus, si magnum est incendium, capite plectitur,
sin parvum, deportatur, *d. l. fin. d. incend. ruin.*

Posteriori casu quando incendium in villa est
commissum, distinguitur; si incendium est magnum,
& incendiarius humilis persona, capitali pœnâ affici-
tur sin est parvum, damnatur in metallum. Si verò
incendiarius aliquâ fulget dignitate, & incendiū est
magnum, deportatur; sin est parvum relegatur in per-
petuum. *l. si quis de lo 10. ad L. Cornel. de Sicar. d. l. cas*
pitalium 28. §. 1. de pœn. Bl. in l. data opera II. C. d. his
qui accus. non possant. Damhouder. d. cap. 103 num 5. Johan.
Schneidevvin. ad §. capite tertio 3. d. L. Aquil.
num. 5.

Ex constitutione autem Carolina incendiarii
ignis supplicio afficiuntur, & vivi comburuntur. *art.*
125. Cuius pœnæ ratio ex Baldo *ad d. l. data opera*, cuam
de illo casu quo incendium in civitate est commis-
sum proponit, reddi & applicari potest, quia incen-
dium mortem ignis multis præparat, ideo mor tem,
quam aliis præparavit, recipiat *arg. l. seculari 7. d.*
extraordin. cognit. Observa autem hîc *l. indifferen-*
ter reum criminis incendii flammis concremari,

A 3

sive

sive incendium in civitate, sive extra illam in villa sit exortum, & sive incendium sit magnum, sive parvum. Neque enim qualitas damni per combustionem dati, sed delicti atrocitas & incendiarii nequitia severitatem exigit, accedente periculo incendii majoris, quod facillimè evenire potuisset, licet impediendo Deo non evenerit. *Dan. Moller. lib. 4. Semest. cap. 31. num. 4. vers.* quem admodum nec illud attenditur, usque ad fin. *Dn. Benedict. Carpov. Practic: Crimin part. 1. qu. 38. num. 39.* Unde cum, qui tugurium vel horreum duntaxat incendit, flammis traditum fuisse, refert *Berlich, d. concl. 24. num. 35.*

Observa II. poenam incendiariorum ad eos quoque extendendam esse qui linteas stupas cum igne, pice, sulphure, aut pulvere bombardico, aut carbones alicubi deponunt, etiamsi nihil damni inde datum sit. *Anton. Capyc. decis 27. num. 18. Bernhard. Zieritz ad d. art. 125. Christoph. Besold. vol. 2. cons. 74. num. 4.* Ratio est in aperto, quia crimen hoc atrocissimis accensetur delictis, in quibus conatus æquè ac effectus punitur *l. si quis non dicam C. d. Episc. et Cleric.* Confer *Prosper. Farinac. part. 3. pract: Crim. n. qu. 110. cap. 3. num. 157.*

Observa III in crimine incendii Reum poenam ignis ordinariam nequaquam effugere posse, licet damnum resarcire velit, & ad restitutionem se offerat. Quilibet enim, quò vitam redimeret, facillimè jacturam bonorum pateretur, nec non paupertatem potius quàm mortem eligeret. *Dn. Carpz. d. qu. 38. num. 44. et 45.* ubi responso Scabinatus *Lipsensis id firmat.*

Quor.

Quæritur. An incendiarius ob incendium dolosum ad mortem condemnatus, ad emendationem damni incendio dati, teneatur? Affirmant Dd. communiter 1. per. l. quiesces 9. vers. si verò casu d. incend. ruin. nauis. 2. Quia ex quolibet delicto tam publico, quàm privato & criminalis ad poenam publicam, & civilis ad damni præstationem actio datur l. inde Neratius 23. §. si dolo D. ad L. Aquil Thom Grammatic. decis. 3. num. 18. Joachim. Minsing. cent. 6. obs. 88. nam §. Jure Saxonico autem aliter se rem habere, patet ex Const. Elect. 12. part. 4. ubi Dan. Moller num. 7. Moestini Pistor. qu. 11. part. 1.

IV.

Sequitur incendium casuale (a) si ictu fulmineo, vel vi fulguris (b) per hostium latronumque incursus (c) vel alio modo (d) contigerit Quod nullam meretur poenam (e)

(a) Casu fortuito incendium fieri dicitur quando vi quadam majori excitatur & provideri aut averti non potest l. in rebus 18. post pr. D. commod. l. 3. §. 1. D. naut. caupon. Sebastian. Medices de Casib. fortuit. part. 2. qu. 7. Andr. Rauchbar part. 2. qu. 10. num. 3. Casus enim fortuitus ille est, quem nullum consilium humanum prævidere potest l. 2. §. si eo tempore d. administr. rer. ad civit. pertinent. Unde etiam dicitur casus improvisus l. à procuratore 13. commodat. item fatalis casus in l. 5. C. d. appellat Confer Hugon Dnoell lib. 16. Cons.

26. *Comment. cap. 6. Eleganter Sigism. Scacc. d. Com-
merc et Camb. §. 1. qu. 1. num 135.* Hujusmodi casus
seu facta, quibus resisti non potest, ideoque homi-
nis culpam excludunt & excusant, ita ut de eis non
teneatur, cum divinam vim habeant, sunt violentia
ventorum, vis fluminis aut maris, aut tempestatis,
aut ruinae, aut incendii, aut terrae motus, horum
enim vim nemo sustinere potest *l. fluminum 24. §.
vitium vers. Servius quoque d. damn. infect. Haec
Scacc.*

(b) *l. ex conducto 15. §. si lis 2. l. si merces 25. §.
vis major D. locat.* Cujusmodi luctuosa incendia Hi-
storici quam plurima annotarunt, in quorum cau-
sam si inquirimus, ea plerumque iram divinam,
quam hominis peccatis suis provocârunt, monstra-
re videmus.

(c) *l. in rebus 18. D. commodat. l. 3. §. 1. D. naus
caupon.* Exemplis hîc opus non habemus, vidit eo-
rum innumera Germania nostra præterlapsis turbu-
lenti temporibus, & nulla est Provincia, nullum
territorium, quod de damno exinde orto non con-
queratur.

(d) Puta si subita vis ventorum ignem longi-
us produxit, atque ita culpa non potest imputari
ædium inhabitatori. *Schneidevv. ad d. §. capite tertio J.
d. L. Aquil. num. 5. Confer Prosper. Farinac. d. part. 3. qu. 110.
num. 40. & 139. & seqq.*

(e) Communis Dd. conclusio est, tale incen-
dium, quod casu fortuito contigit, impuni-
bile esse; Casus enim fortuiti Dei imperscrutabili
judicio, injuriæ temporum, & fatalibus rerum pe-
riodis

riodis relinquere oportet, idcirco à nemine præstantur.
Casp. Klock. Tom. 3. cons. 135. num. 64. Adeoq; nec
civiliter ad damna & interesse ratione ejusmodi casu-
alis incendii agi potest. *l. si fortuito. II. d. incend. ruin.*
nauf. And. Gail. Lib. 2. obs. 21. num. 2. vers. regulariter
enim casus: Jacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. question.
cas. 390. num. 2. Farinac. d. qu. 110. num. 33. & 34.
Quæ regula ut in se verissima, ita ob rerum & casu-
um varietatem suas quoque patitur fallentias, ut cum
Pragmaticis loquamur. Unam vel alteram hîc an-
notabimus.

I. Itaque malæ fidei possessor de incendio ca-
suali tenetur. Cujus ratio haud obscura, quia semper
indolo esse præsumitur *l. in re furtiva 2. d. condict.*
furtiv. prout in terminis tradit *Modestin. Pistor.*
part. I. qu. 25.

II. Si culpa sit ordinata ad casum fortuitum
tunc enim quis ad damnorum & interesse præstatio-
nem meritò compelli potest & ideo si culpa ad casum
incendij sit ordinata, h. e. si incendium ex tali culpa
immediatè exortum sit noxia erit cõmittenti, etiam-
si casus incendii præter opinionem evenerit. Ratio
quia occasionem damni dedit culpâ proxime ad ca-
sum ordinata *l. qui occidit §. in hac quoq; ad L.*
Aquil. cap. 2. d. deposit. *Andr. Gail. obs. 22. num. 7.*
elegantè *Cels. Bargal. de Dolo lib. 5. cap. 2. num. 90.*
Quando autem culpa ad casum ordinata dicatur vide-
bis apud *Francisc. Nigr. lib. I. controuv. forens. 166. num.*
39. & seqq. et lib. 2. contr. 214. num. 24. Flector. Felic. de
Societat. cap. 23.

Unde si inter locatorē & conductorem convenit,

B

ne in

ne in domo fœnum aut palea poneretur & conductor
posuit, & deinde alius igne allato incendit, conducto-
rem teneri constat; quoniam causam præbuit, infe-
rendo ejusmodi res ignem facile concipientes, *Math.
Berlich. part. 4. concl. 25. num. 65.* vide eum in seqq. ubi
alios casus proponit. Nam casus fortuitus non ex-
cusat, quando culpa eum præcessit *Francisc. Niger d.
controv. forens. 166. num. 35.* Et quando culpa præcedit
casum, tunc obligatur contrahens, qui prius non te-
nebatur, *Johan. Pet. Surd. decis. 87. num. 1. lib. 1.* Sic
furtū & rapina inter casus fortuitos referuntur, quando
custodientis culpa non præcessit; eâ verò præcedente
ad culpam referuntur. De quo *Francisc. Pfeil. cent. 1.
cons. 50. num. 6. 8. & 12. Dn. Carpz. ad part. 2. const.
26. defin. 15.*

V.

Nunc de incendio culposo, quod
ex præcedente culpa (a) oritur, eaq; vel
lata vel levi, vel levissima. [b]

(a) Culpa est, cum quod diligenter prævideri
potuerat, non est prævisum *l. si putator 31. ad L. Aquil.
Vvesenbec in paratitl. D. eod. num. 9.* Vel culpa est læsio
per imprudentiam facta, quæ tamen humanâ ratione
regulariter potest evitari. *Oldendorp. in prolegom class.
act. on. rub. d. culpa.* Eleganter *Hillig lib. 16. Dom.
enucl. cap. 7. lit. D.* Dolus sceleratæ, culpa stolidæ
mentis, ille voluntatis vitium, hæc intellectus &
memoriæ.

(b) Communissima hæc est Dd. distinctio, quæ
culpam

culpam in latam, levem, & levissimam dispescunt de qua. *Regulistæ ad l. contractus 23. d. R. 7. & inter eos potissimum Pet. Faber, Marc. Anton. Delrio, & Conrad. Rittershus.*

Observandum autem hîc est, culpam in incendio dupliciter considerari, vel quatenus in committendo, vel quatenus in omittendo consistit. Committendo delinquit, qui ignem facit immoderatum, ex quo flammæ surgunt in altum, *l. sicut 8. §. Aristo. 5. se servit. vindic. Johan. Herman. Stamm. de servit. personar. lib. 2. cap. 17. num. 3. p. 511.* Omittendo peccat qui circa custodiam ignis omittit ea, quæ diligens paterfam. in custodiendo igne non prætermitteret. Veluti qui domesticos suos, ut ignem in sua absentia diligenter observent, non monet. *Matth. de Afflict. decis. 57. Jacob. Menoch. vol. 1. conf. 53. num. 20.* Item qui recedendo à domo reliquit domesticos ad ignem custodiendum inutiles, puta teneros infantes. *Stamm. d. l. num 7. Conser Farinac. d. qu. 110. num. 26. et 27.* Qualis autem culpa sit admissa, iudex habitâ ratione rerum, personæ habitantis, famulorum ad ignis custodiam deputatorum, item ex quantitate & situ ignis æstimabit *l. Padius 4. §. 1. d. incend. ruin. naufrag. Jacob Menoch. d. Arbitr. Judic. question. lib. 2. cas 390. num. 17. et 18. Sebastian. Medices de casib. fortuit. dict. qu. 7. num. 13.*

VI.

In dubio autem incendium non casu fortuito, sed culpa inhabitantium exortum censetur.

Quemadmodum in aliis actionibus humanis

B 3

compa-

comparatum est, ut unusquisque culpam à se remo-
veat, & casu fortuito hoc vel illud citra ullam suam
culpam accidisse asserat, sic etiam incendio exorto
illi contra quos actio à damnum passis intentatur,
hoc clypeò se tueri, & incendium casu fortuito, abs-
que eorum culpa excitatum esse, excipere solent.
Attamen cum in dubio (nam de eo casu jam non
loquimur, ubi de ortu incendii certo constat) con-
tra inhabitantes stet præsumptio, eos ignem sollicitè
non curasse, illorum quoque culpa incendium exor-
tum esse præsumitur. Et clari hanc in rem sunt textus
juris *l. nam salutem 3. §. cognoscit 1. vers. et qui plerum-
que incendia &c. d. offic. præfect. vigil. l. si vendita. II. d. pe-
rie. et commod. rei vendit. ubi Salycet. num. 1; Thom.
Metzger conf. criminal. II. num. II. et per tot. Joan. Aloys
Riccius decis 182. Dan. Moller lib. 4. Semest. cap. 31. Hebb.
Felic. de Societat. cap. 21. num. 50.*

Quando autem clarè constat, incendium fortui-
tò atque ita aliunde quam è domo & loco ipso ortum
habuisse, ut puta si è coelesti fulmine immissus sit
ignis: Vel si è domo vicini ignis scintilla evolavit, at-
que incendium excitavit in alterius domo, vel scenili
hoc in casu nemo inhabitantium tenetur, vel alius,
quisvis, & hoc modò incendium casibus fortuitis
est annumerandum *Jacob. Menoch. d. cas. 390. num. 2-
Steph. Gratian. Tom. 2. discept. forens. cap. 354. num. 20*

*Bene Osvald. Hillig. lib. 16. Don. enucl. cap. 6^o
lit. K.* Incendium casus fortuitus, si extrarium sit, vel
à vicini ædibus exortum, vel à fulmine excitatum,
vel à pravis hominibus & incendiariis. Alias sine cul-
pa fieri non potest. Nec minus appositè *Felic. d. cap.*

21. num.

num. 37. culpa præsumitur ex actu illo, qui absque
culpa committi non solet, & datur exemplum infur-
to, & in incendio. Plura vide apud *Farinac. d. qu. 110.*
cap. 2. num. 41. et seqq.

VII.

Latâ culpa incendia fieri dicuntur
si per summam dissolutam & supinam
alicujus negligentiam exoriuntur. [a]
Quo casu ultra rerum incendio con-
sumptarum restitutionem (b) pœna arbi-
traria imponitur. (c)

(a) *l. 1. §. si id 9. d. O. et A. l. si fidejussor 29. D.*
mandat. Math. Berlich. part. 4. conclus. 25. num 1. Est
enim lata culpa, non intelligere, quod omnes ho-
mines intelligunt *l. lata 223. d. V. S.* Vel: est crassa &
supina negligentia: Ut si commodatarius dimitteret
rem commodatam in ædibus, & apertâ janua abiret,
ita ut à fure surriperetur. *Joh. Schneidew. ad tit. 7 qb mod*
re contrah. oblig. rub. de mutuo num. 38. Exemplum in-
cendiilata culpa orti proponitur in *l. si servus servum*
27 § si farnacarius 9. ad L. Aquil ubi Ictus agit de for-
nacario, qui ad fornacem obdormivit, & villa fuit ex-
usta. Vide *Joseph. de Sesse decis. 211. num 17. Tom 2.*

(a) Expediti juris est, eum qui occasione incen-
dii damnum passus est, eatenus agere posse ut earum
rerum, quarum jacturam sensit, & interesse æsti-
mationem consequatur *l. qui ades 9. vers. si vero d.*
B § incend.

incend. ruin. nauis. quod naturali quoque ratione con-
sentaneum *Joachim. Mynsing. cent. 6. obs. 88. num. 9. And.*
Gail. lib. 2. obser. 22. num. 2.

Quod tamen juxta usum fori ita accipiendum,
si poena corporis afflictiva non infligatur, ea enim si-
mul interesse privatorum absomit, *Pet. Heig. part. 2.*
qu. 23. num. 20. Modestus. Pistor. part. I. qu. II.

(c) Jamdudum illorum sententia explosa est,
qui ob incendium lata culpa commissum mortis pœ-
nam dictârunt Quamvis enim lata culpa dolo æqui-
paretur *l. 1. §. 1. si mens fals. mod. dixer dolum re-*
præsentet l. 1. §. 2. si is qui testam. lib. esse juss. imò ipse
fit dolus *l. 32. D. deposit. de quo Cels. Barga. de Dol.*
lib. 5. cap. 2. num 6 illud tamen in civilibus duntaxat,
non etiam eriminalibus locum habet *l. 7. D. ad L. Cor-*
nel. d. Sicar. Francisc. Vivius lib 2. decis. 279. latè Pro-
sper Farinas. part. 3. præct. Criminal. qu. 87. Communi-
ter itaque Dd. placuit, hoc in casu arbitrariam pœ-
nam statuendam esse, ita ut judex secundum arbi-
trium suum, si incendium ex lata culpa exortum fue-
rit magnum, pœnam corporalem, citra mortem
tamen, aut maximam pecuniariam, si verò fuerit
parvum pœnam pecuniariam leviolem imponat.
Matth. Berlich. d. concl. 25. num 8. Ultra fustigationis
pœnam verò hoc in casu arbitrium judicis se exten-
dere non debet, *l. 3. §. 1. d. offic. præfect. vigil. Dn*
Carpzov. ad pars. 4. Const. Elector. Const. 17. decis.
12. num. 8.

IIIX.

Levi culpâ incendium accidere di-
citur,

citur, si per incuriam eorum oritur, qui in habendo & custodiendo igne non eam diligentiam adhibent, quam prudentes quilibet patresfamilias ad eum modum, quem hominum natura desiderat, rebus suis adhibere consueverunt (a) Hac culpa & exinde orto incendio tenetur faber ferrarius (b) is qui foenum humidum & male siccum in domo vel foenili reposuit (c) socius (d) conductor domus (e) & alii (f) Cujus poena ultra damni emendationem (g) iudicis arbitrio [h] relinquitur.

(a) *l. si vendita ii. d. peric. & commod. rei vendit. l. quod Nerva 32. D. deposit. Dn. Carpz. part. 1. pract. Crimin. qu. 39. num. 26.* Levis enim culpa est, quae non ex malitia, sed ex segnitie animi, vel inertia, vel simplicitate proficiscitur, quemadmodum *Ulpian.* loquitur *in l. 3. §. ult. d. suspect. tutor.* Dicta autem est levis non quod aliquando non grande damnum adferat, nec quod plerumque non ex justa errandi causa prodire soleat, quippe quod qualiscunque citra calliditatem concepta opinio excuset à dolo juxta *l. igitur §. potest. d. liberal. caus.* Verum ideo censetur levior culpa, quia abest propositum nocendi; Et proinde
illæsa

illæsa conscientia meritò istos errores & naturæ defectus, licet magnos sæpe excusat. *Oldendorp. in prolegom. class. action. rub. de culpa.* Breviter. Culpa levis est, non providisse, quod à diligenti provideri potuit. *Jacob. Menoch. cons. 645. num. 5. § II, vol. 7.* Confer *Gels. Bargal. lib. 5 cap. 3 de Dolo.*

(b) Præmissâ itaque culpæ levis descriptione, exempla ad faciliorem rei intellectum subjungenda sunt; Et imprimis hîc se offerunt fabri ferrarii, qui ejusmodi culposi incendii sæpe arguuntur; Jus & fas itaque volunt, ut fabri ferrarii, qui malè in exercitio suo sunt versati, adeoque incendio causam dederunt, damni æstimationem subeant, prout in terminis id tradunt *Joseph. Ludovic. decis. 25. in fin. Angel. cons. 197. quos refert & sequitur Francisc. Niger Cyriac. lib. 2. contro. forens. 234. num. 19.*

(c) pariter & illud juri congruum, ut is qui foenum humidum vel madidum, nondum benè exsiccatum in domo vel foenili reposuit, incendio secuto damnum inde emergens resarciat, quoniam culpa ejus in ejusmodi foeno inferendo præcessit, *Matth. Berlich. d. concl. 25. num. 66.* Vide quæ interminis hoc de casu tradiderunt] *Cri. Altorsini cons. Altorsin. ub.*

(d) Expeditum est, socium socio non solum latam, sed & levem culpam præstare debere, *l. cum duobus §. venit. l. rei communis l. socius socio D. pro soc. Aym. Crauet. cons. 100. num. 1. lib. 1.*

Quod si itaque socii levi culpa incendium fuerit excitatum, meritò damnorum præstationem subibit, de quo *Hect. Felic. de Societ. cap. 21.*

(e) Negat

(e) Negat *Andr. Gail. lib. 2. obs. 21. num. 1. & 2.*
conducitorem de incendio teneri, eâ motus ratione,
quia de dolo, lata & levi culpa, non autem levissi-
ma, multò minus de casu fortuito conveniri possit;
incendium verò inter casus fortuitos referri. Attamen
quàm falsa sit hæc hypothesis, liquet ex notatis ad thes.
6. ubi probatum dedimus, incendiùm regulariter
culpæ inhabitantium, non casibus fortuitis accenseri.
Et fatetur postea *Gail.* sibi contradicens, conducto-
rem de incendio teneri, si culpa ejus illud factum
probetur. Inverti ergo potest ipsius argumentum. Si
conductor latam & levem culpam præstare debet.
E. etiam emendationem damni ex incendio orti. Ra-
tio consequentiæ est, quia incendium levi culpa or-
tum à culpæ autore est resarciendum. Conductorem
verò latæ & levis culpæ præstationi obnoxium esse,
ipse *Gail.* concedit, & utramque culpam in contra-
ctibus utriusque gratia celebratis (qualis locatio con-
ductio est) venire, clarum est ex *l. si ut certò 5. §. nunc vi-
dendum D. commodat.* Magis igitur placet sententia
Bl. conf. 13. vol. 1. statuentis, conductorem ut non tene-
atur de incendio, probare debere, quod casu fortuito
fuerit factum, aliàs præsumi ejus culpam *l. si. bona fi-
dei § 1. d. R. V. l. si. quis fundum §. Imperator D. locati*
Nam plerumque incendium præsumitur commissum
ex negligentia habitantis domum *d. l. si vendita 11. Matth.*
de Afflict. decis. 57. num. 2. Atque ita sentiunt *Imol. in l.*
domos num 3. de legat. 1. cujus verba hæc sunt: Ex quo in-
cendium præsumitur ortum culpa inhabitantium, id
circo locator si res locata sit combusta, habet funda-
tam intentionem contra conductorem non proban-
tem incendium ortum fuisse sine sua & suorum culpa.

C

Bald.



Bald. conf. 149. lib. 2. Hieronym. Grat. conf. 46 lib. 2. Vincent. Caroe. de locat conduct. part. 4. rub. de incend. n. 11. Vide cum per tot p. 1054. edit Spirens.

In fertur hinc, conductorem, qui sublocavit domum alteri cuidam diversæ professionis maximè periculosæ, dici in culpa in committendo, & si sequitur incendium, ad damni æstimationem præstandam compellendum esse, prout in terminis tradit *Francise. Niger. Cyriac. lib. 2. controu. forens. 234* planè si conductor culpam levissimam commiserit, ad hujusmodi damni refectionem nò obligatur *Thom. Gramm. decis. 3. num. 1. alii- que quos refert Matth. Berlich. d. concl. 25. num. 46.* Præterquam si omnem culpam pacto in se receperit *l. in rebus D. commodat Johan. Herman. Stamm. de Servit personal. lib. 2. cap. 17. num. 22.*

Quær. hîc: Si conductoris domus fuit combusta ab inimicis locatoris, an teneatur idem conductori ad omnia damna & interesse? Verior hic est affirmativa *1. per l. si merces 25. §. 4. ibi:* culpæ autem ipsius & illud an numeratur, si propter inimicitias ejus vicinus arbores exciderit, *D. locat. (2.)* Cum habitator seu conductor cujus conductæ domus fuit combusta ab ejus inimicis, teneatur ad omnia damna & interesse ipsi locatori, *Consil. Argentoratens. 25. num. 13. vol. 2. æquitatis* sanè ratio postulat, ut etiam è contra locator teneatur hoc; casu ad omnia damna & interesse ipsi conductori *Joseph. Mascard. vol. 2. concl. 892. num. 22. & 24. Thom. Metzger de captur. & tortur reor concl. 151.* Notandum tamen, in dubio non præsumi incendium ex odio & inimicitia alicujus immisum, ideoque illud ab asserente probandum erit *l. item quaritur §. exercitu D. locat. l. si per imprudentiam d. eviction. Du. Carpzov. lib. 6. respons. Electoral. 107. num. 22.*

(f) Puta

(f) Puta venditores ante rei venditæ traditionē
l. si vendita ii. d. peric. & commod. rei vendit. creditores in
pignore, procuratores, tutores, curatores, negoti-
orum gestores, œconomi, administratores & similes
l. cum duobus 52. §. damna. l. socius 77. pro soc. l. si is 20. commun.
dividund. ac reliqui omnes, qui ex natura contractus
ad culpæ levis præstationem obligantur. *And. Rauch-*
bar d. qu. 10. num. 25.

(g) Aequitati enim consentaneum est, ut hujus culpæ
nomine damnum aliis per incendium datū resarciatur
l. 1. sub fin C. ad L. Aquil. l. qui ades 9. d. incend. ruin. naufrag.
Matth. Berlich. d. concl. 25. num. 17. Joseph. de Sesse decis. Arra-
gon. 21. num. 4. Tom. 2. Quod si culpabiles hi incendi-
arii ad damni refusionem idonei non sint, modicâ &
leviori corporis castigatione tenebuntur & quod non
habent in ære, luent in corpore d. l. 9. d. incend. ruin. l.
3. §. 1. d. offic. profect. vigil. Rauchbar d. qu. 10. num. 27.
Unde jure meritoque statutum est in der Nassauw Eaken
Clubogen Policeny Ordnungt part. 2. cap. 11. §. 14. Dasich aber
hierüber an den vorberührten Orthen / oder sonst durch ie-
mands Verwahrlosung ein Fewr auffkommen und entstehen
solte / soll nicht allein der Einwohner desselbigen Hausses / da-
rinnen das Fewr entstanden / als weit sich seine Güter erstre-
cken / zuerstatten / oder aber da er es zuerstatten nicht vermöchte /
nach gelegenheit mit verweisung unserer Landen / auch anderit
in Recht verordneten Straffen härtiglich gestrafft werden.
Refere. Herman Stamm d. cap. 17. num. 29.

(h) Varias opiniones Dd. recenset *Berlich. d.*
concl. 25. num. 19. & seqq. ubi tandem concludit, reum
pecuniariter plectendum esse, cujus poenæ pecuni-
ariæ quantitatem judex exprimet. Quandoque au-
tem etiam relegatio dictari solet, prout notat
Matth. Wesenbec. in paratitl. d. incend. ruin. naufrag. num. 6.
relegationem aliquando impositam fuisse.

IX.

Levissima culpâ dicitur factum incendium, si quis omiserit vel non fecerit quod optimus, prudentissimus & maximè industrius paterfamilias non omissurus vel facturus fuisset, & si is in rebus suis ut & alius pater familias bonus & diligens hoc omittere vel non facere consueverit (a) Præter damni autem refusionem (b) nulla pœna criminalis imponitur. (c)

(a) *l. in rebus 18. D. commodat. §. fin. 7. d. societa. Dn. Carpz. part. 1. pract. crimin. qu. 39. num 30.* Culpam enim levissimam committit, qui non fecit quod diligentissimi faciunt *l. si merces 25. §. pen. D. locat. Jacob. Mevock. vol. 2. cons. 118. num. 12. Confer Cels. Barga. de Dolo lib. 5. cap. 4.*

(b) Damnum itaque incendio illatum refundendum est *l. qui ades 9. vers. si verò casu d. incend. ruin. nauif.* Sive culpa levissima in committendo, sive in omitendo se exererit, non obstante, quod aliàs in L. Aquilia culpa levissima, quæ per omissionem fit, non vindicetur *l. capitalium 28. §. 12. sub. fin. d. poen. propterea, quia lex incendiaria diversa est à Lege Aquilia l. jurisgentium 7. §. 13. d. pact. Matth. Wesenbec. in parat. d. incend. ruin. nauif. Berlich. d. concl. 25. num 37.*

Queritur autem, An is qui ex levissima culpa ad damni per incendium illati reparationem conveniri non potest, saltem actione L. Aquiliæ ad damna & interesse obstrictus sit? Hac in quaestione placet sententia co-

tia co-

tia eorum, qui distinguunt, utrum levissima culpa in faciendo, an in omittendo consistat. Priori casu actioni Legis Aquiliae, ad damna, quae ex incendio levissima culpa orto illata sunt, locum esse; Posteriori verò, quando culpa in omittendo consistit, minimè *l. si ususfructus 13. §. denique d. usufruct. Matth. de Affi. decis. 57. num. 8. Hyeron Magon. decis. III. num. 25. & 26. Francise. Niger d. contr. 234. num. 2.* Ratio, quia secundum *Bl.* gravior culpa est facere, quàm omittere *l. si cuius §. de prateritis d. usufr. Joseph. de Sasse d. decis. 211. n. 6. lim. tamè hoc Vincent. Caroc. de locat. part. 4. num. 51.* nisi in specie quis suscepisset incendii casum, vel nisi quis suscepisset custodiam agri pro mercede.

(c) Præter hanc autem damni refusionem ad nullam aliam poenam criminaliter quis tenetur *d. l. 3. qui ades 9. vers. si verò casu d. incend. ruin. Job. Schneidew. ad. §. capite tertio J. d. L. Aquil. num. 5. vers. secundo casu p. principali in fin. Confer Matth. Berlich. d. conc. 25. num. 40. & seqq.* Nonnunquam etiam is, qui culpa levissima incendio causam dedit, ad solam damni dati emendationem adstringitur, sæpiùs etiam totaliter absolvitur. *Bernhard. Wurmsfer. lib. 2. tit. 47. obs. 20. quem sequitur Herman. Stamm. dict. cap. 17. num. 8. p. 513.*

Cum igitur incendium culpâ levissima oriri possit, boni & diligentissimi patrisfamilias erit, sollicitâ cura providere, famulis & domesticis injungere, ignem ut benè custodiant, ejusque exactissimam habeant rationem. Verum accidit quandoque, & præter omnem diligentiam adhibitam, ut ignis scintilla quædam neglecta & non benè observata magnum excitet incendium, & non solùm inhabitatoris & domini, sed & proximi ædes absumat, Unde pro-

verbiūm vulgatum: Ein Nachbar ist dem andern einen Brand schuldig / quasi dicerent, quod uni cuiquam ex vicinis vel sua vel familiae culpa contigit, qualiscunque tandem illa fuerit, id alteri quoque evenire posse, *Dan. Möller lib. 4. Semest. cap. 31. num. 8.* ubi in præcedentibus loquitur quidem de probationis difficultate, quæ hac in materia se exerit, haud in congruè tamen proverbium illud hûc applicari & referri posse puto.

X.

Agendum jam est de eo, an & quatenus dominus vel paterfamilias ex incendio familiae seu domesticorum teneatur.

Expeditum est ex hætenus traditis, reum incendii de propria culpa conveniri posse; Quæstio jam oritur, an negligentiam familiae suæ & culpam domesticorum paterfamilias præstare debeat? quod affirmare haud vereor propter *l. pen. & ult. D. naut. caupon. l. 1. §. familia 5. d. publican.* additâ illa declaratione, quam ex *Salycet. ad l. que fortuitis num. 7. C. d. pignor Action.* proponit. *Andr. Gail. lib. 2. obs. 21. num. 6.* patremfamilias tum teneri si servi deliquant circa officium sibi commissum, in quo paterfam. eorum operâ utitur, ut puta si stabularius ignem aut candelam in stabulo negligenter custodiat, peccat enim tunc circa officium sibi commissum. Quod etiam placere video *Francisc. Marci decis. 61. num. 4. Tom. 1.* Item, si focaria in culin, a lotrices in lavatrina, fornicarii seu calefactores in fornacibus ignem negligenter custodiverint,
pater

paterfamilias de hoc incendio rectè tenetur. *l. ff. servus 27. §. si fornicarius 9. ad L. Aquil. Matth Berlich part. 4. concl. 25. num. 108. ubi num. 9. illud extendit, si uxoris culpâ levi incendium fuerit ortum. Rationem reddunt Dd. quod dominus vel paterfamilias sibi imputare debeat, quod servos ineptos improbos & noxios elegerit, eorumque opera fuerit usus, Herm. Stamm d. cap. 17. num. 30. Sic socius culpam mali famuli, quem elegit, præstare debet *l. 3. in fin. l. cum mandato in fin. d. minor Aym. Cravett. conf. 8. num. 25. part. 1. Heß. Felic. de Societat. cap. 21. num. 88.**

In arbitrio autem est damnum passi, utrum contra famulum, an verò contra dominum ipsum agere velit. *Stamm d. l. num. 31. Francisc. Nige r Cyriac. lib. 2. contro. forens. 234. num. 4.* Econtra si famulus delinquit extra officium sibi commissum, puta: Si coquina ignē diligenter in culina custodivit, & postea alter familiaris non deputatus ad coquinam discooperuit ignem, ex cuius culpa levi incendium ortum est paterfamilias de hoc incendio non tenetur. *Roland. à Valle conf. 95. num. 11. §. 27 vol. 2. Bartholom. Capoll. conf. crim. 70. Felic. d. cap. 21. num. 53.*

Quod si tamen paterfam. sciens famulum ebriosum, malæ famæ & conditionis conduxit, etiam ipsius factum præstare debet, etiam si extra officium suum deliquerit. *Berlich. d. concl. 25. n. 112.*

Quer; hîc. Num dõminus emendare debeat damnum incendii culpa famuli sui in hospitio exorti? Negat *Jacob. Menoch. conf. 53. vol. 1.1. quod poena sequi debeat criminis autores l. sancimus 22. C. d. pæn. 11. quod regulariter dominus non teneatur pro facto servi & famuli sui l. 2. in. pr. d. noxal. actio. Ratio, quia*

presum.

præsumptio est, dominum ignorare, quæ à servo geruntur.

Non tamen tenetur paterfamilias de culpa mercenariorum, vulgò *Arbeits Leute so einem in Hause arbeiten* / quos alii quoque diligentes patres familias ad certas operas adhibere solent *l. 3. ad SCtum Macedon. Dn. Carpzer. ad part. 4. const. Electoral. const. 17. defn. 14.*

Multò minus contra patremfam. agi potest, si incendium ab aliqua persona existente in domo fuerit causatum, cujus ministeriò paterfam. non utebatur, *Salycet. in l. si vendita n. 5. d. peric. & comm. rei vendit. Joseph. Mascard. concl. 892. num. 10* Hinc conductor incendii causa non tenetur si incaupona vel hospitio advenarum vel hospitem causa incendium sit commissum, quorum operâ paterfam. non utebatur, quia eorum culpa alteri non debet esse damnosa. *l. si Servus servum S. si quis insulam D. ad L. Aquil. Vincent. Caroc. d. l. num. 21. p. m. 1056.*

XI.

Expositis culpæ generibus, latà inmirum, levi & levissimâ, quibus incendia fieri solent, dispiciendum erit, cui nam incumbat onus probandi culpam in casu incendij exorti

Gravissima hæc est quæstio, dum pro utriusque partis sententia stant rationes urgentes, auctoritates Dd. eximia, nec non præjudicia insignia. Actori ad emendationem damni passi agenti, probationem

nem

nem injungendam esse statuunt *Roland. à Valle d. cons.*
95. num. 73. & seqq. Andr. Rauchbar d. qu. 10. n. 50. & seqq.
Virgil. Bingitzer quest 24. & novissimè Sigism. Finckelthaus
observ. pract. 89. Ex adverso alii censent, inhabitato-
rem ædium, in quibus incendium est exortum, pro-
bare debere, culpam suam ac domesticorum suorum
abfuisse, quorum in numero sunt *Thom. Grammat.*
decis. 3. Dan. Moller lib. 4. Semest. cap. 31. & qui multo-
rum instar est, prælaudatus *Dn. Benedictus Carpzov.*
insignis ille Germaniæ Ictus, *part. 1. pract. Crimin.*
qu. 39. num. 62. & seqq. Omnibus ponderatis po-
steriorem hanc sententiam sequendam esse cense-
mus. I. Namque fundata est intentio ejus, qui da-
mnum sensit, contra ædium inhabitatorem, cujus
culpa incendium ortum esse jura præsumunt, *l. 3. §.*
1. d. offic. præfect. vigil. l. si vendita 11. d. perie. & commod.
rei vendit. Si enim incendium sine culpa fieri ne-
queat, utique firmissimè concluditur, incendiò pro-
batò istud ex culpa inhabitantium exortum præsu-
mi, nisi paterfam. suam & suorum culpam abfuisse
probauerit. *Dn. Carpz. d. l. num. 63.*

II. Quia hac ratione, si actori damnum passò
probatio imponeretur, multi etiam justissimam
causam foventes causâ caderent, dum ipsis probatio
deficeret; Quomodo enim probarent, dum ple-
rumquè testibus, qui ortui ignis interfuerunt, sint
destituti; ac paterfamilias in cujus ædibus incendi-
um excitatum est, originem occultare, ac domesti-
cos quandoquè minis, muneribus, & aliis modis ad
supprimendum incendii ortum & celandam verita-
tem adigere soleat.

Arco itaque probatio expedienda erit. Atq;
D hoc

hoc modo contra reum in Consilio Neapolitano iudicatum esse, testatur *Thom. Grammat. d. l. & Scabinatum Lipsensem* ita quoque respondisse, refert *Dn. Carpz. citat. qu. 39. num. 68. & 69.*

Pro reo autem convento recepta est cautela, ut probet se pervigilem & in domo diligentem, & tempore noctis consuetum admonere servos, ut ignem diligenter custodiant - *Cels. Bargal. de Dolo lib. 5. cap. 2. num. 56. Francisc. Vivius decis. 132. num. 4. lib. 1. Thom. Metzger. conf. crimin. 11. num. 15.*

XII.

Consequens est, ut de præcavendo (a) & extinguendo (b) incendio nonnulla subjungamus.

(a) Romanos circa præcavenda & extinguenda incendia valde sollicitos fuisse, patet ex *l. 1. d. offic. Præf. vigil.* Imprimis autem Imperator Augustus huic rei consulebat, peculiari magistratu urbano extraordinario constituto quem Præfectum vigilum appellarunt, illi namque urbis excubiæ, & vigilum cohortes erant commissæ, ne quid per noctem in urbe delinqueretur, neve in ea incendium oriretur. Et faciunt huc ea, quæ habet *Dio. lib. 55.* Cum per id tempus multa in urbe incendiis periissent, libertini generis homines septem, cohortes septem in locis incendiis procurandis delegit, iisque Equitem unum præfecit eorum consilio, ut per exiguum tempore illorum opera uteretur. Verum cum experiundo cognovisset, præsidium illud & utilissimum & maximè necessarium

farium esse, retinuit. Suntque usque adhuc nocturna quodammodo excubiæ militares, non ex libertinis tantum, sed etiã aliis constitutæ, quæ muris in urbe præsumt, mercedemque de publico accipiunt. Hæc Dio. Septem itaque erant cohortes, secundum 14. urbis Romæ regiones constitutæ, ut una quæque cohors binas tueretur regiones *l. 3. d. tit.* Cohors autem 1024. milites complectebatur, si Alexandro ab *Alexandro lib. 6. genial. dier. cap. 17. fides* habenda.

Prudentis igitur & providi cujusque loci Magistratus erit, ea quæ circa præcavenda incendia necessaria sunt, procurare, vigiles noctu per plateas obambulantes constituere, instrumenta ad extinguendum ignem confici curare, fontes & puteos observare, aquam, si loci qualitas permittit, per quasdam urbis partes derivare, incolis cauponibus imprimis injungere, qualiter in diversoriis & ædibus ignem custodire debeant. Hinc benè provisum in *der Nassaw Casenelenbog. Policen Ordnung part. 2. cap. II. ibi: Damit den solcher besorgter Gefahr umb so viel desto mehr durch Gottes Gnade möge vorkomen werden / so wollen wir / daß ins künfftige ein ieder Wirth und Hausman sich mit Leuchten versorget und sein Gesinde oder Gäste in Scheune oder Ställe ohne mit dicken eysern Blechen oben und unten wol versehenen Leuchten gehen lasse. &c. Refert Herm. Stamm. d. l. num. 29. p. 522. Nec minus benè in E. E. Rahis der Stadt Erfurt Feuer Ordnung num. 5. Es soll ein jeder Wirt oder Gastgeber wol zusehen / was er für Gäste beherberget / und auff verdächtige Personen*

mit fleis achtung und nachsehen haben / und da bey
einem einiger verdacht befunden / oder zu vermuthen /
solches alsobald anzeigen / damit von solchen verdächtis-
gen Leuten der Stadt kein Schade entstehe. Alia
habentur observatu digna in sequentibus.

(b) Instrumenta ad extinguenda incendia apud
Romanos erant calcei, hamæ, dolabra. De quorū
forma videri possunt ea, quæ *Jacob. Cujac. lib. 5. obs.*
8. Adrian. Turneb. lib. 2. animadversion. cap. 29. & lib. 19. cap.
23. annotarunt. Imprimis autem inquilini admonentur,
ut aquam unusquisque in coenaculo habeat. *d. 63. §. 4.*
Instrumenta apud nos usitata sunt *Fewereimer /*
Sprühen / Leitern / Hacken. de quibus in d. ordin.
Erfurt. num 25. & seqq.

XIII.

Quæritur hîc: An incendiô ortô, ad
sonum campanæ, vel alterius cujusdam
signi, homines concurrere, concurren-
tes autem nec opem ad extinguendum
ignem ferentes aliquâ pœnâ affici debe-
ant?

Valerius Maximus lib. 8. cap. 1. refert, M. Mulvi-
um, Cn. Lollium, L. Sextilium, Triumviros, quod
ad incendium in sacra via ortum extinguendum, tar-
dius venerant, a tribunis plebis die dicta ad popu-
lum, damnatos fuisse.

Gravis sanè pœna, quæ omnibus horrorem in-
eusit. Jubet verò Christiana charitas, nec non obliga-
tio, quâ publicæ salutis obstrictus quisque est, incen-
dio

diò ortò spectatorem minimè agere, sed proximum
in ejusmodi necessitate juvare, & publicum dam-
num avertere. Benè Poëta:

Ocyus ite viri, nascentem extinguite flammam,
Ne seræ redeant post aucta pericula cure.

Stat. Italic. lib. 1. bell. Punic. Magistra-
tus itaque eos, qui opem ad extinguendum ignem
ferre detrectant, pro ratione circumstantiarum &
personarum condignâ afficiet poenâ. prout in allegat:
ordinat. Erfurtens. *num. 137.* benè sancitum. ferner
sollen den Feuer Herren zu Hülffe erscheinen die Bier-
Knechte / Voigtgeschützen und Einspenniger / und das
Volk zum leschen fleisig antreiben. Da auch sich jemand
ungehorsam erzeigen / und auff solch zusprechen nicht an-
greiffen und leschen helfen würde / der selbe soll wol in achte
genommen / und hernach entweder mit Gelde oder Gef-
fängniß gestrafft werden.

XIV.

Aedificium incendij arcendi causa
dirutum, communibus impensis restau-
rari debet.

Dubium non est, vicinum incendiò ortò destru-
ere posse domum ipsius vicini proximioris, si peri-
culum subest quod incendium latius serpat, ejusque
sedibus damnum inferat *l. 3. §. quod. ait Prator 7. d. in-
cend. ruin. naufrag.* qua destructione, sine dolo in-
factâ, nec de dolo, nec actione L. Aquilæ conve-
niri potest *d. §. 7. l. si quis fumo §. 1. ad L. Aquil. Fran-
cise. Vivius decis. 150. num. 1. lib. 1. ubi sic in Regia Au-
dientia Apuliæ judicatum fuisse refert. Aym. Craver.
cons. 319. num. 6. part. 2.*

Imò

Imò, si pro salute totius viciniae, ne ignis
latius serpat, & omnia consumat, domus vicini diru-
atur, omnes vicini pro ejus reparatione in commu-
ne contribuere debent: quemadmodum in jactu
mercium pro salvanda nave, hi qui merces suas ad-
huc salvas habent, aliis damnum passis adjumento
& subsidio esse debent *l. 1. & 2. ad L. Rhod. d. jact.*
Damnum igitur pro communi utilitate acceptum
commune esse debet *l. metum §. sed licet, D. pro soc. Andr.*
Gail. lib. 2. obs. 22. num. 4. Cardin. Tusch lit. I. concl. 63. num. 1.

Et licet diversitatis aliqua ratio dari possit, quod
in tempestate communi consensu merces projiciun-
tur, & navis levior facta propter illum jactum eva-
sisse praesumitur, non tamen omnia sunt dissimilia,
siquidem etiam invito alicujus merces projici possunt,
& propter aedes dirutas violentia ignis inhibita,
& vicinorum aedes conservatae creduntur *Reinhard.*
Bachov. in not. ad Treutl. vol. 1. Diss. 18. thes. 8. lit. B. ad.
verb. illud autem quod vulgò. &c.

Notandum tñ. vicinos non teneri resarcire
damnum, si probant, quod omninò domus illa fuisset
combusta. *Steph. Gratian Thom. 2. discept. forens. cap. 354.*
num. 43. & 44. ubi multos allegat.

Quod si certus sit is, cujus culpa incendium
est exortum, damnum illud non spectat ad vicinos.
Socin. in cap. si quis damnum n. 50. d. injur. & damn.
dat. Gratian. d. l. num. 46. & 47. ubi declarat, dummo-
do sit solvendo is, qui causam dedit incendio adeo-
que habilis ad conveniendum.

XV.

**Si furtum in incendio factum fuerit,
graviter**

graviter indelinquentem animadver-
tendum est.

Non heri vel nudius tertius, sed ante secula aliquot homines conqueri cœperunt, in incendio furtum factum, iisque res quasdam subtractas esse. Edictum itaque Prætor proposuit in eum, qui ex incendio, ruina &c: quid rapuit, vel recepit dolo malo, in quadruplum in anno, quo primùm ea dere experiundi potestas fuit, post annum in simplum *l. 1. d. in cond. ruin. nauf. cui add l. 3. §. 3. D. cod.* Jure sanè meritoque; Cum enim in hisce casibus res per tumultum incustoditæ, multorum injuriis sint obnoxia, publice interfuit, severitatē adhiberi, ne quid in ej^o modi casu rapiatur. *Matth. Wesenbec. in parat. d. incend. ruin. num. 2.* Quamvis nonnunquam delictum hoc severiori poenâ fuerit vindicatum, *ext. 15. d. condit. caus. dat.* enim deprehendo, seruum quendam qui in suspicionem furti venit, à Præfecto vigilum summo supplicio affectū fuisse; Præfecto vigilū autem incendiiorum præcavendorum curam incubuisse, liquet ex notatis *Thef. 12. lit. a.* Moribus nostris cum furtum decem solidos excedens capitaliter puniatur, etiam furtum in incendio factum parem poenam merebitur, aut pro qualitate rerum ablatarum fustigationem, relegationem, aut aliam quandam arbitrariam poenam, quam judex statuet.

XVI. & ult.

Si tempore incendii res quædam fuerit deposita, depositarius autem illud negaverit, ob inficiationem hanc dabitur contra eum actio in duplum (a) & quidem famosa (b) (a)

(a) Ejusmodi depositum tempore incendii, ruinae factū nonnulli vocant depositum necessitatis, quia non datur arbitrium eligendi, penes quem deponatur, sed cujusvis occurrentis operā, urgente periculō utendum est & ideo quod facilius est fallendi occasio, tantō gravius fuit sancienda fides, & metu poenae dupli ab inficiando absterrendus depositarius l. 1. §. 1. l. de eo 18. *Depositi §. in duplum 23. J. d. Action. Reinhard. Baehov. de Action. Disp. 5. thes. 20.*

(b) l. 1. D. d. his qui not. infam. Cum primis enim depositi inficiatio turpissima & maximè detestanda semper habita. Imo Pifidarum lex fuit: Qui interverterit depositum, capite plectatur. Et celebre est Turcarum Imperatoris judicium, quō in depositum abnegantem capite animadvertit P. *Aerod. lib. 1. decretor. tit. 30. referente Osvald. Hillig. lib. 18. Don. enuel. cap. 8. lit. N.* Quæ cum in simplici deposito obtineant, quis dubitabit, ea in deposito incendii tempore factō obtinere? Verum & hoc, quā poenā ejusmodi depositarius afficiendus sit, judicis arbitrio committemus.

COROLLARIA.

1. Fidejussori, qui se ut principalem obligavit als einen selbstschuldigen/ nihilominus beneficiū excussionis competit.
2. Negotiorum gestor de levissima culpa non tenetur.
3. Depositum est etiam rei immobilis.
4. Testamenti factio ex jure gentium est.
5. Testamentum imperfectum nihilominus in foro animæ exequendum est.
6. Exheredatio fieri quoq; potest ob alias causas in Novell. 115. cap. 3. expressas.
7. An filius vel filia spreto parentum consensu matrimonium contrahens exheredari possit.
8. Actio ad Palinodiam civilis est non criminalis.
9. An quis fugere teneatur ab armato petitus ne excedat moderamen inculpatæ tutelæ.
10. Si aurigæ vel nautæ culpa aut negligentia vectiga non solvatnr, dominus mercium poenam commissi sustinebit.

Weil man nichts neues iest als brennen höret sagen/
Worüber Osterslebnund Breslaw sich beklagen/
Wie Staade Narva auch/ so kömte Herr

Silberschlag

Und bringet an den Tag/
Durch Disputirens Kunst wie öfters werd' entdecket/
Was brennen sey/ und was vielmahls darhinder stecket/

Ob solches ohngesehr gescheh aus Unversicht?

Obs heimlich angericht?

Wann solches dann geschicht durch böser Leute rahten/
Das solche wiederumb im Feuer müssen braten/

Nach so verüber Sach / als unsre Behren Stade
Auch wohl Exempel hat.

Wird nun Herr Silberschlag noch fleißig so fort fahren /
Als albereit geschehn in dessen Jugend Jahren/

So wird er künfftig auch durch Doctor Freyers Kunst
Erfreyen Ehr' und Gunst.

Die Themis windet ihm' als ihrem liebsten Sohne
Vor angewanten Fleiß die schöne Lorbeer Erhne/

Damit ihm' wartet auf die drey gedritte Schaar/
Zu ziehren seine Haar.

Wohlmeinend sette [dis]
wenige

Johann Nicolaus Gaps/
G. R. P. u. D. S.

Gra-

GRatum si possem, gratarer, necdtere votum
Hisce tuis ausis, venator juris & æqui,
Hocce nec immeritò, qui sic dare tempora Musis
Conaris, cathedræq; Themis qui pulpita scandis.
Hinc, si sic peragas ætatem præpete cursu,
Mox tibi dispeffis occurret Apollo lacertis,
Et Pallas teneris innectet tempora ramis.

Ita mentem benevolam pereximio
atq; literatissimo Dn. Respondenti
cognato suo dilectissimo his ex-
hibet

Georgius Quirinus
Silberschlag.



AB: 152995


ULB Halle 3
003 358 925




R

VD 17







DISPUTATIO JURIDICA
DE
INCENDIIS

Quam

*Opitulante Sacrosancta Triade
Permissu & Auctoritate Superiorum;*

SUBPRÆSIDIO

VIRI

NOBILISSIMI ET CONSULTISSIMI

DN. JOHANN. GOTHOFREDI Freyers/ J. U. D. nec non

inclytæ Reipublicæ Erfurtensis Syndici
dignissimi, Patroni ac Præceptoris mei
ætatem devenerandi.

Publicè disquirendam exhibet

GEORGIUS HENNINGUS Silberschlag/
Erfurt.

In Collegio Juridico

ad d. 5. Septemb. Anno 1659.
horis consuetis

ERFURTI,

Typis Christophori Küchenii.